DE MELANOSI.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITERARIA BEROLINENSI

PRO GRADU

DOCTORIS MEDICINAE ET CHIRURGIAE

RITE IMPETRANDO

DIE XI. NOVEMBRIS M. A. MDCCCXXVIII
H. L. Q. C.

PUBLICE DEFENSURUS EST

AUCTOR

CAROLUS ZIMMERMANN

SILESIUS.

OPPONENTIBUS:

O. KRIES, MED. ET CHIR. DR.
R. SIEHR, MED. ET CHIR. DD.
J. RADDATZ, MED. ET CHIR. DD.

Cum tabula aeri incisa.

STRASBURGI, TYPIS ZIMMERMANNIANIS.

FRATRI SUO OPTIMO

J. F. S. ZIMMERMANN

HASCE

PAGELLAS

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Novum afferre melanoseos exemplum neque inane mihi visum est, opus neque sterile. De melanosi quae institutae hactenus sunt observationes ad ejus rationem cognoscendam, vel probandam minime sufficiunt. Ideo libellum meum cum scripturus essem, attenuata usus oratione simplicem rerum mihi memorandarum enarrationem praebuisse malebam. Hypotheses proponere ut facile ita leve. —

§ 1.

Vocabulum melanosis — ἡ μελάνωσις — a verbo Graeco μελανοῦν, μέλας, niger, derivatum primo Laennec proposuit [1]). Quo nomine morbus aliquis, sub forma tumorum in corpore humano apparens, significatur, qui tumores nigra aliqua substantia impleti inveniuntur.

§ 2.

Antiquissimis temporibus malum hoc inter morbos atrabilares locum tenebat, sed peculiarem esse hunc morbum in systemate nosologico non acceptum erat. Procedente tempore, ubi omnia tubercula nomine scirrho praedita erant, de melanosi aeque ut antea separatim nulla erat ratio. Recentioribus autem temporibus a medicis Gallicis primis morbus hic diligentius investigari coeptus est, qui tum nomine ab iis proprio prae-

---

1) Jorn. de médecine de Corvisart etc. t. IX. pag. 368.

ditus oculos paene omnium medicorum in se convertebat.

Medici Gallici melanosin proprium morborum genus esse dixerunt.

Medici Anglici — Hey [1]), Wardrop [2]) praecipue — qui novam doctrinam de fungo haematode proposuerunt, nomen melanosis omnino sustulerunt. Hoc modo morbus jam per se obscurus hisce diversissimis sententiis multo obscurior factus est. Sed ut patriae nostrae qui sunt Medici difficillimas quasque et reconditissimas res summa sagacitate strenuaque diligentia anquirere et suam quibusque tenebris lucem afferre solent, ita morbum hunc pernigrum — ut ita dicam — denuo magis illuminarunt et illustrarunt atque re quidem minime ad finem perducta viam certe novam ad veram hujus morbi naturam detegendam aperuerunt.

Inter eos praecipue Meckel [3]) et de

1) Practical observations in surgery, illustrated by cases. The 2 edition by W. Hey. London, 1810.

2) Wardrop observations on fungus haematodes. Edinb. 1809.

3) Meckels pathologische Anatomie B. II. Hef. 2. Seite 291.

Walther [1]), viri illi miro quanto nomine quantis laudibus celebrati, de melanosi bene meruerunt. Qui viri peritissimi primi fungum haematoden et fungum melanoiden — melanosin — varias unius ejusdem morbi formas esse probaverunt. Unum sine dubio genus morborum tres hae pseudoorganisationes formant, neque diversa genera, quod medicis Gallicis videbatur, quanquam medicis Anglicis omnino melanosin negligentibus assentire non possumus.

§. 3.

Forma, sedes, textura, origo, decursus his pseudoorganisationibus iidem sunt atque melanosi, qua de re Germani suo jure diversitatem essentialem Gallis non concedunt, quorum sententia tantum colore horum tumorum vario defendi videtur. Substantia enim hisce in tumoribus contenta, colore saepe et consistentia valde discedens, primo conspectu magnam diversitatem hos inter tumores fungosos praebere videtur, quae diversitas autem ex re ipsa enucleari nequit.

---

1) Walther über Verhärtungen und Skirrhus etc. im Journ. f. Chirurg. und Augenheilkunde von v. Graefe und v. Walther. Berlin 1825. B. V.

Abernethy [1]) in melanosi a Laennec ut necessario semper nigra descripta saepissime colorem fuscum se observasse affirmat, ita ut atra sit frequentior melanoseos forma atque in medio relictum sit.

Nunc enim tubercula esse coloris nigri nunc subnigri, fusci, nunc subalbi, omnino ut marmor variegatum Noak [2]) dicit.

Wardrop [3]) confirmat, fungum haematoden magnum, una parte subalbidum, altera rubrum, altera fuscum, altera nigrum fuisse.

Lawrence [4]) in aegroto quodam uno loco multos tumores accumulatos observavit, quorum nonnulli substantiam mollem, albam, cerebro similem, alii griseam, alii fuscam, alii rubram, alii nigram, continebant.

---

1) The surgical works, vol. the 2. London, 1811 p. 56 — 57, a classification of tumours.

2) Noak, Dissertatio de malanosi etc.

3) Wardrop l. c.

4) A case of fungus haemat. by G. Langstaff, communicated by W. Lawrence. See medico-chirurgical transactions, published by the med. and chirurg. society of London. Vol. the third, pag. 277. 1812.

In oculo quoque mihi describendo duae substantiae, coloris albi et nigri, ita commixtae apparent ut una ex altera orta esse videatur 1).

Etiam de Busch 2) tumorem sese reperisse commemorat, qui quantum våleat coloris, quae premi solet, diversitas, diserte indicat. Tumore exstirpato capsula ossea fuit pertenuis, massa obscura cerebro simili repleta. In eodem loco tumor alter mollis ortus est substantia grisea impletus striatura distinctus. Hunc remotum alio loco tumor tertius secutus est, substantiam partim albam, partim fuscam, maculatam igitur ostendens. Hinc neque non erant tumores, qui substantiam albam plane cerebro similem continerent.

Ex his observationibus satis constat, colorem nigrum minime ad horum diversitatem tumorum pertinere, et quanquam ex hoc colore nomen repetere placuit, nihilominus tamen morbus novus ad coloris rationem constitui potuit.

---

1) Vide tabul.
2) Im Waltherschen Journal. pag. 492.

§. 4.

Forma externa tumorum melanoseo[rum] semper globosa est, nisi impedimenta aliqua externa eam mutent. Increscente autem tumore partes circumjacentes paulatim destruuntur, excrescentiae spongiosae, coloris fusco-atri, quae nunc superficiem inaequalem praebet, locum cedentes. In hoc statu fungus ad diem crescens humorem fusco-nigrum excernit, qui partes propinquas decolorat. Nonnunquam autem substantia interna horum tumorum, vita propria amissa, crescere desinit et paulatim ab interno in humorem crassum atramento similem mutari incipit. Id quod tum fieri maxime solet si jam in multis partibus tumoribus exortis similibus, organismus totus ad universalem dissolutionem fertur. Quem ad statum ubi perventum est non tantum humores nigrescere incipiunt, sed etiam materies nigra in interstitia organorum, in cavitates et transfunditur et deponitur.

Flandrin [1]) in equo fibras aponeuroti-

---

[1]) Instruct. et observat. sur les maladies des animaux domest. par. Chabert, Flandrin et Huzard. Tom. IV. p. 306. Paris 1822.

cas et musculares et arteriarum et venarum tunicas, colore nigro imbutas invenit. Idem se in earum vicinitate ait tumorem melanoseos ingentem invenisse, cujus materia has partes integras in texturis, colore privasset proprio.

Haud absimilia ea sunt quae Noak 1) commemorat.

Hallibay 2) ossa, membranas pigmento nigro penetratas necnon vasa invenit sanguifera massa nigra impleta, neque mirum hoc est, nam permulti tumores in aliis organis antecesserant, hanc formam melanoseos quasi secundariam praebentes.

Bonetus 3) nonnulla quoque exempla affert, cavitates cranii, pectoris, ventriculi aut abdominis liquore atramento simili impletas fuisse, sed ita, ut semper in aliis organis plurimi scirrhi lividi, in quibus materia nigra esset, invenirentur.

---

1) Noak l. c.

2) Case of melanosis by Sir Hallibay in medical Intelligencer for 1823. No. 43. and No. 46.

3) Boneti sepulchretum etc. Lib. II. Sect. VII. Obs. 101. Lib. III. Sect. 43. §. 8.

Fawdington 1) in superficie multorum organorum maculas nigras organis quas impressas, irregulares, atque strias coloris nigri se reperisse ait, melanosi universa orta.

Savenko 2) cordis a Hodgson observati mentionem facit, in quo substantiae superficies partim nigra, partim maculis coeruleis, figuras irregulares habentibus et substantiam cordis variis locis penetrantibus obtecta erat. Anglus enim quidam mediae aetatis in superficie abdominis peculiarem tumorem habuit, quem Hodgson exstirpavit. Non autem ita multo post, tumores similes in toto fere corpore externo enati sunt cum vehementi tussi gravibusque symptomatibus febris; febrem hydrops, mox mors secuta est. Cadavere aperto in multis partibus internis corporis tumores similes inventi sunt.

Ex his narrationibus satis probari posse videtur, formam melanoseos liquidam semper secundariam esse. Humor enim ex tu

1) Fawdington, Case of melanosis etc. Lond 1826.

2) Savenko, Tentamen pathologico-anatomicum de melanosi. Petropoli 1825.

moribus niger excretus partim propinquas partes decolorat, partim autem substantia interna tumorum in materiem nigram resoluta, fere omnes in partes absorptionis via deponitur, id quod in aliis quoque morbis evenire videmus, ex. gr. in ictero ubi bilis resorpta partium fere omnium colorem mutat.

§ 5.

Sed quispiam quaesiverit, an melanosis proprium sibi organon et quasi sedem eligat, quo contra tumores ceteri fungosi nulla partis ratione habita hic illic disparsi appareant? In systemate nervoso sunt qui sedem tumorum melanoseos esse posse omnino negent.

Hallibay [1]), Cullen, Carswell [2]), Hodgson [3]) et alii, qui tumores fungosos in variis organismi interni locis observatos descripserunt, semper cerebrum et nervos integros neque decoloratos quidem se vidisse affirmant. In morbo illo ab Hallibay de-

---

1) Medic. Intelligencer No. 43. p. 304. 1823.

2) The medico-chirurgical Review by James Johnson. Lond. 1825.

3) Hodgson l. c.

scripto, partes cerebro vicinae pigment nigro penetratae fuerant at cerebrum in tegrum remanserat atque intactum.

Noak 1) tumorem nigrum plexui ischia dico adhaerentem et nonnullis nervis qu que penetratum observavit, sed nervos om nino integros vidit.

Laennec 2) narrat tumores se observas nervis quidem ad extremitates emissis iisq permultis circumdatos fuisse, qui ipsos ner vos nulli infecissent atque corrupissent. Ide contra, se melanosin aliquoties in nerv ipsis vidisse narrat.

Savenko 3) tumorem in oculo haeren tem commemorat, cujus nervus opticus in massam nigram conversus erat. Dicit quo que, cerebro sive nervo optico melanos affectis, omnia symptomata multo gravior in conspectum venire.

Chomel 4) in homine, qui melanosi la boraverat, pedem hippocampi omnino in me ram massam gelatinosam conversam invenit

---

1) Noak l. c. Vid. Tab. III. Fig. 1.

2) Laennec, de l'auscultation médiate. Tom II. Paris 1826.

3) Savenko l. c.

4) Dict. des scien. medicales. Art. melanose

Bonetus [1]) de juvene quodam defuncto haec narrat „Calvaria post mortem ipsius „aperta, cerebro diducto, supra callosum ce- „rebri corpus insignis tumor globosus, glan- „dulae instar, carnosus, fungosusque po- „mi mediocris magnitudine deprehensus est, „qui privata tunica investitus, venulisque „nigris erat consitus, ab omni tamen con- „nexione cum substantia cerebri liber."

Idem ventriculos cerebri saepe humo- e nigro, atramenti simili plenos invenit, t omnes eodem modo partes vicinas ni- rescentes.

Breschet [2]) affirmat, se in media basi erebri tumorem nigrum reperisse; idem ıbercula nigra in vasis sanguiferis nonnul- is se vidisse.

Idem tumores vasis adhaerentes, et oak [3]) tumores circa arterias ac venas di- persos descripserunt.

Laennec [4]) vasa, quae ad extremitates

---

1) Bonetus l. c. Lib. I. Sect. X. Ob. 4. Libr. I. Sect. X. Ob. 2.

2) Breschet l. c.

3) Noak l. c. Tab. II. Fig. 2. 3.

4) Laennec l. c.

tendunt, multis tuberculis nigris circumdat et cum iis ita connexa invenit, ut sine lae sione vasorum tubercula separari non pos sent.

In parenchymate cordis multos talc tumores, Hodgson, 1) Breschet, 2) Culle et Carswell 3) vidisse sibi videntur.

Quod ad organa respirationis per tinet praecipue in pulmonibus malum ho observatum est.

Per totam pulmonis substantiam scirr plurimi, lividi, quibus materia nigra atra menti similis inerat, ab Boneto 4) observat sunt in cadavere feminae tabe defunctae.

Baillie 5) tubercula mollia, fusca, i superficie pulmonum haerentia, Fawding ton 6) autem nigra et partim in substan tiam pulmonum transfusa observarunt.

---

1) Hodgson l. c. Vid. Tab. IV.
2) Breschet l. c.
3) Cullen et Carswell l. c. p. 156.
4) Bonetus. l. c. Lib. II. Sect. VIII. Ob. 1
5) Baillie. Anatomie des krankhaften Baue einiger der wichtigsten Theile im mensch lichen Körper; a. d. Engl. übersetzt v. (Hohnbaum mitZus. von Soemmering. 182(
6) Fawdington l. c.

Laennec [1]) saepissime de multis tuberculis nigris in superficie, partim in parenchymate ipso pulmonum inventis disserit. Idem frequentes eos arteriam asperam et bronchiales glandulas circumhaerentes nonnunquam invenit.

In femina quadam, quae suffocata obiit, pulmo coloris lividi, aspera autem arteria dissecta carunculae quam plurimae nigrae repertae sunt a Boneto [2]).

Tumores hos inter musculos nidulantes Noak [3]) perbene describit et effigie in dissertatione sua illustrat.

Tumores partibus membranaceis adhaerentes saepissime et a multis observati sunt.

Laennec [4]) feminae in nosocomio St. Ludovici Parisiis defunctae narrat cutim obtectam fuisse permultis tuberculis, qui magnitudine, colore et forma baccis ribium nigrorum similes essent. Majorem tuberculorum copiam parti pectoris anticae atque

---

1) Laennec l. c.
2) Bonetus l. c. Lib. II. Sect. II. Obs. 18.
3) Noak l. c. Tab. III. Fig. 2.
4) Laennec l. c.

nonnullis partibus extremitatum inferiorum adhaesisse. Tumores incisos obtulisse substantiam obscuri coloris, pulpae similem in cystas cellulas insertam. Praeterea pleurae permultos similes tumores adnexos fuisse. Inter mesenterii laminas, in textu omenti, tales tumores etiam Fawdington 1) et Bonetus 2) observarunt.

Tumores membranis serosis in equis Noak 3) saepe insertos vidit. Tumoris scleroticae adhaerentis apud Savenkum 4) mentionem habes.

Frequentissime autem in tela cellulosa adiposa, hi tumores a permultis medicis conspiciebantur.

In tela cellulosa volae manuum et plantae pedum, magnas et altas pustulas, humore nigro plenas apud puerum annorum XII. Highmorus 5) vidit.

In tela cellulosa cervicis, brachii, sub scapula, in regione columnae vertebralis,

1) Fawdington l. c.
2) Bonetus l. c. Lib. II. Sect. VIII. Ob. 70.
3) Noak l. c.
4) Savenko l. c. Vid. Tab.
5) Higmori disquisitio corporis humani anatomica. p. 73. 1651.

in abdomine circa renes, in mediastino, in pelvi, Walther, [1]) Laennec [2]) et alii, circa anum et caudam equi Noak [3]) frequentes hos tumores viderunt.

In textura ossium Hodgson [4]) Savenko [5]) tumores nigros reperisse contendunt. Noak [6]) eos periosteo costarum suffusos copiosos conspexit.

In organis quoque ad concoctionem pertinentibus fere omnibus tubercula nigra inventa sunt.

Chomel [7]) ea praecipue in hepate observavit ut historia morbi sequens docet: Choreteus enim vir L annorum die V Septembris anno MDCCCXVIII ingressus est nosocomium Parisiense Charité dictum, qui mense Iunio ejusdem anni sentire sibi visus erat dolorem circa costas spurias lateris dextri.

---

1) Walther l. c.
2) Laennec l. c.
3) Noak l. c.
4) Hodgson l. c.
5) Savenko l. c.
6) Noak l. c.
7) Chomel, Nouveau journal de médecine, pag. 41.

Dolor XIV. post dies in hypochondrio disparuit, sed eodem tempore abdomen intumescere coepit, urina parca, flavescens, spissior editur; nova aeger aegrotat et insolita debilitate, corpus in dies emacescit.

Quaesitoris manus aegri hepar volumine auctum invenit, pressio autem regionis hypochondrii dextri magnum excitat dolorem. Materia et vomitu et per alvum edita coloris est fusci, cutis autem flavescens. Pedes oedematosi, pulsus debilis, respiratio brevis, ceterum aeger animi compos.

Post aliquot dies aeger mortuus est et sectione cadaveris instituta hepar ponderis XII librarum repertum. Multa nigricantia et albescentia tubercula partim sub involucro hepatis partim in substantia hujus organi, quae ab iis destructa erat nidulebantur.

Wardrop, [1]) Fawdington, [2]) Esquirol, [3]) Laennec, [4]) pari modo hunc hepatis morbum descripserunt.

---

1) Wardrop l. c.

2) Fawdington l. c. Platte III.

3) Dict. des scien. medical. Art. Melan. pag. 187.

4) Laennec l. c. pag. 41.

Baillie [1]) tumores molles, magnitudine nucis juglandis, superficiei hepatis laxe incumbentes, commemorat.

In propinquitate vesicae felleae, quae umore nigerrimo turgescebat, Bonetus [2]) tumores similes invenit.

Laennec [3]) in pariete hujus organi ad ex tubercula nigra vidit.

In liene Baillie [4]) Wardrop, [5]) Fawdington, [6]) Savenko [7]) eos detexerunt.

Meckel [8]) multos flavos, fuscos, plerumque ad superficiem tendentes tumores invenit, quorum unus peritonaeum perfodiens massa nigra obtectus erat.

Lorry [9]) saepe de globulis nigris et materia nigra, atramento simili per anum et os dejectis commemorat.

Pylorus scirrhosus arctissime conclu-

---

1) Baillie l. c.
2) Bonetus l. c. Lib. II. Sect. VII. Obs. 58.
3) Laennec l. c. pag. 41.
4) Baillie l. c. pag. 132.
5) Wardrop. l. c.
6) Fawdington l. c.
7) Savenko l. c. Tab. III.
8) Meckel l. c. pag. 321.
9) Lorry l. c.

sus erat etc. et in fundo ventriculi materi copiosa atramento similis erat: Haec Bonetus [1]) affert.

De pancreate scirrhoso humorem nigrum secernente mentionem idem Bonetus facit, quo in viscere Fawdington [2]) quoque hoc malum observavit.

Noak [3]) de hoc malo glandularum praecipue parotidum, et Savenko [4]) praecipue glandulae lacrymalis narrant.

Laennec, [5]) Meckel, [6]) Burns, [7]) in parenchymate glandulae thyreoideae tumores nigros, qui facile a lobulis glandulae separari poterant, viderunt.

In systemate genitali Noak [8]) saepe hunc morbum radicantem invenit. Effigies tumorum horum praeputio equi adhaerentem et partes vaginae tam externas quam internas equae, dissertationi additae sunt.

---

1) Bonetus l. c. Lib. III. Sect. VI. Ob. 7 Lib. III. Sect. XII. Ob. 15.
2) Fawdington l. c.
3) Noak l. c.
4) Savenko l. c.
5) Laennec l. c. pag. 40.
6) Meckel l. c. pag 322.
7) Burns l. c. pag. 222.
8) Noak l. c.

Prostata volumine aucta et in mollem partim albam partim fuscam massam cellulosam conversa a Meckel [1]) semel inventa est.

Testiculum in substantiam nigram fungosam fuscam mutatum, Savenko, [2]) Baillie, [3]) Wardrop, [4]) se conspexisse dicunt.

Bonetus [5]) ovarium sinistrum, quod ovi magnitudinem aequabat et colore nigricante imbutum erat, aperuit, quo facto, substantiam spongiosam, nigram animadversam habebat.

Lecat, [6]) Isenflamm, [7]) Baillie, [8]) de similibus ovariis disserunt.

In textura uteri Bonetus, [9]) in fundo autem uteri Lorry [10]) melanosin vidit.

---

1) Meckel l. c. pag. 316.
2) Savenko l. c. §. 34.
3) Baillie l. c. pag. 205.
4) Wardrop l. c.
5) Bonetus l. c. Lib. II. Sect. IV. Ob. 1.
6) Lecat, Traité etc. pag. 98.
7) Isenflamm, Anatomische Untersuchungen Erlangen 1822. pag. 187.
8) Baillie l. c. pag. 227.
9) Bonetus l. c. Lib. II. Sect. VII. Ob. 70.
10) Lorry l. c.

Meckel, [1]) Wardrop, [2]) mammam vo lumine auctam et in massam partim rubram partim griseam, partim fuscam degeneratam descripserunt.

§ 6.

Quas si componimus atque compara mus de melanoseos tumorum sede notiti supra a me collectas, dubium amplius es nequit, hoc malum omnino in omnibus o ganismi organis radicari atque luxuria posse. Sed non tantum investigare sede easque late patentes, quibus uti possit me lanosis, mihi fuit propositum sed ad ipsu fortasse voracis hujus morbi nidum adscen dere, atque ipsius rationem et quasi more cognoscere conatus sum.

Ante originem explicandam, texturam horum internam tumorum jamjam descrip turus sum.

§ 7.

Substantia horum tumorum pulposa nigra, tela subtilissima cellulosa quasi in lobulos partim majores partim minores ir

---

1) Meckel l. c. pag. 317.
2) Wardrop. l. c.

egulares divisa est. Haec substantia fungosa in capsula cellulosa plus minus conspicua pro sua in organo sede, laxiori seu densiori tela cellulosa circumdatur. Si involucrum hoc cellulosum pertenue est, tum lobuli singulares bene distingui possunt.*)

Rem ita se habere auctoritates mihi probant splendidissimorum virorum, quorum ad verbum sententias addere mihi liceat. De Walther 1) ex. gr. dicit „Im Innern dieser Schwämme bemerkt man aber eine zellige Textur; das Parenchym derselben ist weich und diese Zellchen enthalten eine schwarzbraune, etwas dickliche blutige Flüssigkeit.“

Meckel 2) his verbis texturam describit „Die Geschwulst ist meistens deutlich umkränzt und von einer eignen zelligen Hülle umgeben, besteht aus einer weichen Substanz, welche oft kaum merklich durch feines Zellgewebe in größere und kleinere unregelmäßige Lappen abgetheilt ist, in deren Zwischenräumen große aber dünnhäutige, daher leicht

---

*) Vid. tabul.

1) v. Walther l. c.

2) Meckel l. c.

„zerreißende Gefäße verlaufen, deren Wä
„sich oft nicht einmal deutlich nachweisen lasse
„Die Farbe ist weißlich, graulich, röthl
„braun, selbst schwarz, wo sie dann den N
„men der Melanose erhält.“ —

Laennec [1]) inquit „Les melanoses
„rent une consistance égale à celle des gl
„des lymphatiques, une couleur noire fonc
„un tissu homogène un peu humide, opaq
„d'un aspect fort semblable à celui du ti
„des glandes bronchiques chez l'adulte.
„tissu cellulaire paraît être le seul elémen
„qui entre dans leur composition.“

§ 8.

Tela cellulosa ut variarum generati
num quasi sedem se praebet, ita ibide
ager tumorum nigrorum habetur. Videmu
enim globosos hos tumores — ut ali
tumores in hoc contextu — non tantu
velamento celluloso inclusos, sed per totu
parenchyma telae cellulosae intertextos.

Eadem igitur ratio, quae eosdem h
tumores in organis fabrica et textura d

---

1) Laennec l. c.

rsissimis posse enasci probat, ad ipsorum
iginem in tela cellulosa quaerendam via
t et auctor.

Tumores enim, si in partibus membra-
ceis inveniuntur, tum semper capsula per-
mui circumdantur ita, ut eos salva com-
ge deglubere liceat — parca tela cellu-
a hisce in partibus subposita.

Ubi parenchyma organorum molle est,
hi tumores sine ullo sunt cum ipso pa-
ichymate nexu et facillime, fovea tantum
unda remanente, eximi possunt.

Tumores, si organa glandulosa sive glan-
larum structurae similia occupant, non-
nquam inter acinos integros, in tela cel-
osa horum organorum orti emergunt et
rmam irregularem in superficie praebent.

Quod autem multo clarius videmus in
isculis, ubi tumores hi inter interstitia
rarum singularum excrescunt easque a se
novent, nullo modo texturam earum cor-
ientes.

Praeterea eos permulti viri doctissimi,
er quos mihi de Walther et Laennec no-
nare liceat, praecipue in tela cellulosa
posa, omni contextu organico destitutos
quentissimos saepissime observaverunt.

Contendit ex. gr. de Walther, fung hos imprimis in tela cellulosa sub cute i vestigandos esse, ubi omnia phaenome hujus morborum generis simplicia et qua maxime perspicua se ostendant.

De origine accuratissime in hoc co textu observata his verbis agit „Kurze Z „nach der Exstirpation der kleinen bläulich „Geschwulst, entwickelten sich in dersel „Leistengegend mehrere solche blaue Schwämm „welche ebenfalls große Schmerzen erregten

„Alle diese Blutschwämme wurzelte „wie dieses auch in dem früher von mir b „schriebenen Falle statt fand, in dem Fettze „gewebe der äußern Haut. Sie drangen durc „aus nicht tiefer, selbst die größten nicht. D „Muskulatur des Oberschenkels, so wie d „Knochen, wurden von diesen Blutschwämme „nicht berührt. Auch verbreiteten sie sich nic „bis in die Höhle des Unterleibes."

„Die Textur der Blutschwämme ist un „gefähr dieselbe, wie die des früher von m „beschriebenen Fungus hämatodes [1]). Es b

[1]) Um die Narbe eines exstirpirten Tumor hämat. des rechten Unterschenkels, hatt sich im Fettzellgewebe der Haut eine Meng ovaler, röthlicher, ziemlich consistente

„stehen dieselben nämlich aus mehreren Fett-
„bälgen, die kleine Läppchen bilden, in welchen

Schwämme von der Größe einer Bohne entwickelt. Es mochten derselben ungefähr 20 gewesen sein. Ihre Hauptmasse lag im Fetthautgewebe, unmittelbar unter dem Corium, es drangen jedoch einige wenige in die Tiefe und befanden sich unter der Aponeurosis, welche die Muskeln des Unterschenkels überkleidet; sie lagen frei, ohne mit den unterliegenden Muskeln im geringsten verwachsen zu sein. Andre liegen auf der Beinhaut der Tibia, und selbst unter ihr, jedoch nicht in ihrem Gewebe, sondern im Zellgewebe, welches ihre beiden Oberflächen überkleidet. Die unter dem Periosteum liegenden Geschwülste hingen zwar mit dem Knochen zusammen, aber nur durch Blutgefäße, die von der innern Fläche der Beinhaut in die Knochen eindrangen und ohne daß die Knochenfaser im geringsten verändert erschein.

Es hatten sich diese Schwämme ganz allein im Fettzellgewebe unter der Haut und in der Tiefe entwickelt, welches man daher als ihren eigentlichen Sitz anzusehen hat. Es zeigten dieselben nicht alle den gleichen Grad der Entwickelung und man konnte deutlich, ihre allmählige Entstehung und Fortbildung im Zellgewebe erkennen.

„sich eine Menge feiner Gefäße verbreiten.
„Diese Gefäße erscheinen nicht besonders er-
„weitert. Im Innern dieser Schwämme be-
„merkt man aber eine zellige Textur; das Pa-
„renchym derselben ist weich und diese Zellchen
„enthalten eine schwarzbraune etwas dickliges
„blutige Flüssigkeit. Es nähern sich daher
„diese Blutschwämme denjenigen an, die man
„mit dem Namen Fungus melanoides bezeich-
„net hat."

„Es entspringen diese Schwämme in der
„Tiefe des Fettzellgewebes, bestehen Anfangs
„bloß aus einem Fettklümpchen mit einem fei-
„nen Gefäßnetze darüber; sie dehnen sich all-
„mählig aus, indem mehrere Fettbälge mit
„einander sich verbinden, die Gefäße vermeh-
„ren und vergrößern sich bald, die Schwämme
„bekommen eine bläuliche, noch mit gelben Punk-
„ten melirte Farbe, bis sie endlich ganz blau
„werden, indem die Gefäßbildung die Fettbil-
„dung ganz verdrängt hat. Ihre Textur wird
„nun zellig und es setzt sich ein dicklicher,
„schwärzlicher Blutkruor in diese Zellen ab.
„Sie erheben sich allmählig gegen das Corium
„ihre äußere zellhäutige Hülle verwächst damit,
„sie treiben dasselbe nach außen, verdünnen
„und durchdringen es in einzelnen staphyloma-

„tösen Parthien, wie bei dem staphyloma
„racemosum die Iris an mehreren Stellen die
„durchlöcherte Cornea durchdringt; die Ober-
„haut schält sich an den einzelnen Punkten
„ab, und endlich treten sie frei an die Ober-
„fläche nun ungehindert weiter wachsend und
„fortwuchernd. Diese Bildung kann man an
„den vielen kleinern Schwämmchen in unter-
„brochenen Uebergangsstufen deutlich wahr-
„nehmen."

§ 9.

Sed ne ulla de natura fungosa horum tumorum dubitatio supersit, nunc malum in oculo observatum, quod hucusque consilio neglexi, paulo accuratius atque amplius anquirere liceat.

Oculus enim quanquam organon tenerrimum et quam subtilissime compositum ad investigationem hujus morborum generis non aptus esse videtur, nihilominus ad naturam fungosam melanoseos illustrandam, multum jam fecit; et ego quidem persuasum mihi habeo, malo hoc in oculo observato suam maxime hanc rem obscurissimam repetere posse lucem.

§ 10.

Fungus melanoides non tantum in par-tibus internis oculi sedem habet, sed etiam partes hujus organi externas et his vicinas occupare solet.

Chomel ex. gr. in fundo orbitae con-gregiem tuberculorum nigrorum invenit, lati-tudinem duorum circiter pollicum aequan-tem. Tubercula illa e contextu cellulosa orta erant. Nervus opticus de loco suo, haud mutata substantia, remotus erat.

Noak similes tumores in orbita equo-rum saepe se vidisse confirmat.

Melanosis partium externarum oculi, tumorem superficie inaequali tuberculatum efficit, coloris fusci, staphylomati racemoso similem. Tumorem hunc initio parvam, fuscam eminentiam exhibere, plerumque sub conjunctiva supra scleroticam situm esse Savenko in sua dissertatione docet.

Idem de melanosi oculi interna, hoc memoratu dignum exemplum, Londoni ab eo observatum narrat: „Femina annorum „XLVI. constitutionis corporis, oculis affectis „exceptis, satis robustae, petiit, me prae-„sente, consilium celeberrimi A. Cooper. „Morbus hic primo adspectu magnam cum

staphylomate racemoso exhibebat similitudinem. Inter palpebras oculi dextri eminebat tumor, magnitudine nucis juglandis, coloris profunde brunei hinc inde sanguinei tuberculosus, corneam et scleroticam tegens. Aegra palpebras elevare nequit, ceterum praeter sensum gravedinis in oculo et immunditiem faciei lateris dextri ob continuum fluxum humoris, infuso coffeae similis, nullis vexebatur molestiis."

Historia morbi docet, malum hunc hac atione incepisse. Ante duos annos aegra aborabat ophthalmitide, quae obnubilationem et paulo post perfectam obscurationem orneae adtulerat. Continuatae inflammaioni symptomata febrilia sese adsociarunt t tumor supradictus apparuit, et nunc operatio facta est. Vulnus modo solito deliatum et spatio temporis perexiguo aegra, bsque ulla peculiari medela, perfecte conaluit, integra fruens valetudine.

Exstirpatus bulbus sequentia praebuit: umor, situs extra bulbum oculi, integram jus corneam et partem scleroticae obtegeat, atque massa fibrosa molliori coloris bscuri, tenacibus membranis in lobulos disa constabat.

Basis ejus scleroticae et margini cor-
neae adnecta fuit. In duas partes aequa-
les scissus, planum quadrangulare offereba
Tunicae tumori subjacentes parum erant
mutatae. Humor vitreus, per scissuram tu-
nicarum emissus, coloris fuit flavescen-
Lens crystallina ejusque capsula deficieban

Retro iridem in parte camerae oc
posterioris anteriore et inferiore, int
divisas laminas tunicae choroideae ade
alius tumor fusco-flavus, structurae fibrosa
consistentia autem priori mollior.

Per pressionem ex utroque tumore e
sudabat humor, infuso coffeae perquam s
milis, materias facile tingens. Lamina cho
roideae externa vel venosa in parte ocu
posteriore fuit incrassata, et a Ruyschiana null
modo separari potuit. Membrana Ruyschian
vel arteriosa choroideae etiam incrassata
minus autem, quam supra memorata, vesti-
bat partem tumoris posticam. Tumor hi
itaque insidebat externae superficiei Ruy
schianae dividebatque laminas choroideae
quae facile ab invicem separabantur, in om
nibus bulbi locis excepta parte ejus antic
et postica. Iris tumori praejacens, quam
vis in colore mutata, et in quibusdam punc
tis corneae adcreta fuit; tamen retine

at suam figuram et structuram; ceterum
n proprias laminas dividi nequit.

Retina de loco suo ad partem bulbi
uperiorem mota, formabat multas plicas
ullam tamen offerebat coloris aut sructu-
ae mutationem.

Processus ciliares inventi erant tumidi;
artibus adjacentibus fortiter adcreti et in
nassam gelatinosam conversi videbantur.
Jvea mutata erat.

Nervus opticus solito tenuior erat, sig-
a tamen melanoseos non offerebat.

Idem pergit „Similis casus et simili
„modo tractatus, occurit nobis anno prae-
„terito in clinico nostro opthalmiatrico. Ex-
„stirpatum bulbum accuratissime examinavi-
„mus et praeter massam descriptae indolis
nihil detegere valuimus, in quam massam
non solum totus bulbus oculi, sed etiam
nervus opticus conversus erat. Aeger in-
terim perfecte convaluit et rus petiit."

Altero loco idem dicit „Si melanosis
partes oculi internas corripit, tunc initio
morbi pone pupillam conspicitur quaedam
obscuritas brunei coloris, facile perspecta-
bilis per lentem transparentem. Obscuri-
tas haec fit successive magis notabilis, forma

„parvae eminentiae aut tumoris, qui proce„dit antrorsum, lentem aliasque partes vi„cinas successu temporis comprimens, und„ipsa lens obscuratur, vel, sine ulla visibi„mutatione, volumine imminuitur. Hoc tem„pore apparet inflammatio, a parte intern„bulbi ad extus proserpens, aliquando in„flammatio praecedit melanosi. Evolu„inflammatione, aliquando sentitur in ocu„dolor, ad partes vicinas extensus. Col„iridis mutatur, pupilla fit irregulariter di„latata, retro pupillam conspicitur color bru„neus, a naturali nigritia camerae posterio„ris diversus. Iris paulatim e loco suo move„tur, mutatur, minuitur et cum crescent„tumore ita coalescit, ut per corneam, qua„nunc temporis obscurari incipit, praete„nove productam massam nihil discerni pos„sit. Cornea pariter plus minusve est in„flammata et solito magis convexa, obscu„ratur, tandem, crescente morbo, penitu„evanescit, tumori fusco locum cedens„Similes mutationes subit sclerotica, aliae„que membranae bulbi oculi, volumin„aucti."

Fawdington hunc casum observatun narrat: Thomas Pecket XXX. annorum subit

troci dolore oculi sinistri correptus est. Iensibus VI. ante particula ferri oculum ercusserat, parvis doloribus sequentibus, t partibus externis non laesis. Quatuorde-im dies postea sentit aeger quandam ple-itudinem in bulbo oculi, visu paululum de-ravati. Malum per dies augetur. Vasa con-unctivae turgescere incipiunt; sclerotica rdescit et obscura choroidea esse videtur. upillae dilatatae centrum obscuritas colo-ata obtinet. Tempore aliquo dilapso, do-ores valde exacerbescunt, ita, ut ne dor-ire quidem aeger posset. Sclerotica per-icidior facta est. Obscuritas in media pu-illa colore atro-rubro nunc praedita, apex oni esse videbatur, in oculi fundo positi.)culus exstirpatus et discissus haec osten-it: Pars dimidia corporis vitrei in nigrum ulposum tumorem conversa erat; duae ca-itates impletae erant humore atro, altera latere tumoris sita, altera ante tumorem t post lentem. Choroidea valida facillime sclerotica removeri potuit. Retina pli-ata, septum inter tumorem et cavitatem ajorem praebuit. Lens obscura et sub-ava erat. Corpus ciliare integrum; ner-us opticus intactus. Vulnus bene consa-

nescit. Sed post menses quinque aeger re-
diit cum multis in facie tuberculis nigri
non dolentibus. Emacuerat. Pulsus fre-
quens et durus erat. Etiam inter scapu-
las tumor similis erat et paucis diebus
praeterlapsis multi alii apparuerunt tumo-
res. Cui malo cum mederi ignoraretur
aeger demissus est. Post autem duos men-
ses denuo rediit et auxilium a Fawdingto
ipso petiit. Facies pallida et tristis, ema-
ciatio totius corporis, oedema pedum, ven-
ter tumidus et praecipue regio hepatis tu-
berculosa. Spiritus difficultas sed non dys-
pnoe; concoctio laesa, diarrhoea vehemen
biliosa. Urina rubra, paucis horis praeter-
lapsis sedimentum chocolatae simile fecit
Febris modica. Fundus orbitae omnino me-
lanosi vacabat. Vires paulatim decresce-
bant et febris hectica cum sudore colliqua-
tivo vitae finem attulerunt.

Autopsia cadaveris, partim tumores in
organis nonnullis, partim materiam nigram
in cavitatibus accumulatam, partim macu-
las, strias in superficie viscerum quorun-
dam, partim membranaceas partes pigmen-
to nigro coloratas, ostendit.

Liceat ut casum similem, in instituto

chirurgico-ophthalmiatrico felicissimis sub auspiciis. Illustrissimi de Graefe hac in alma literarum sede florente, a me observatum adferam.

I. Matthieu annorum XLV. faber claustrarins, staturae brevis homo, patiente adspectu, nullis morbis magni momenti in juventute laboraverat. Sereno animo praeditus, laboribus suis sedulo et graviter incumbebat, et quanquam oculos persaepe igne fatigaverat, nunquam tamen ne minimo quidem dolore vexatus fuerat.

Ante circiter quinque annos subito, circa ossa dextri capitis lateris, obtuso dolore correptus est, qui autem noctu evanuerat. Nonnullis autem diebus praeterlapsis, dolor acrior, vespertinis exacerbationibus adparuit. Dolor mox valde auctus, ex medio quasi cerebro incipiens, ad orbitam usque oculi dextri prodivit. Bulbus ipse dolere et partes paene omnes oculi rubescere inceperunt. Aeger nihilominus opera sua continuebat, dum dolores perrapidi oculo parcere jusserunt. Sed malum, visu decrescente, ad diem increscebat et rubor atque dolores adaugebantur. Remediis nullis adhibitis, hic illic per cor-

neam obscuratam, corpuscula nigra pen-
trabant. Totus bulbus intumescebat.

Hemicranici dolores intolerabiles ae-
grum per plures hebdomades noctu quo
minus dormiret impediebant. Desiderium
ciborum paulatim minuebatur, sedes irre-
gulares et siccitas oris sine siti adparebant.
Vires decrescere et corpus totum emace-
cere incipit. Valde hoc malo vexatus
auxilium medicorum petiit. Methodus an-
tiphlogistica adhibita dolores acerrimos
mitigavit, malum autem ipsum non sustu-
lit. Corpuscula illa nigra paulatim conflue-
bant, ad diem increscentia. Bulbus forma
sua interna amissa, corpus flavo-nigrum tu-
berculosum repraesentabat. Conjunctiva pal-
pebrae inferioris hoc a corpore pressa in-
tumescebat et colore mutato, deformitas au-
gebatur. Dolore permagno quadam die cor-
reptus, in clinico, supra memorato, adpa-
ruit et auxilium operativum valde petiit.

Accuratius circumspectus oculus exter-
nus hanc speciem praebuit: Partes circa
orbitam ossi dextram incumbentes sanae
os autem zygomaticum tumidum erat. Par-
tes in orbita sitae propulsae erant. Pal-
pebrae turgidae, rubrae, dehiscentes. Con

unctiva palpebrae inferioris adspectum ec-
ropii praebebat.

Tumor flavo niger, qui locum bulbi btinebat, magnitudine ovi gallinae, super-icie irregulari, in lobulos per tenuem te-am divisus et hac tela loco corneae obte-tus, massam fungosam, elasticam ostendebat. 'alpebra superiori paululum elevata, per artem scleroticae conspicuam nigra massa erlucebat. Aliae partes internae inveniri on poterant et omnes in hanc massam con-ersae esse videbantur. His signis conspi-uis secretio perpetua, humoris nigri, foe-di, genas maculantis conjuncta erat.

Dolores in regione orbitae premere, in umore ipso torquere et perforare, usque l occiput tendere aeger descripsit.

Operatio bulbi die V. Maji facta est. xstirpatum bulbum ad axem longitudina-m dissectum, massam varii coloris pulpo-m praebentem, statim pictor peritus Ra-macher depinxit.

Vulnus lege artis tractatum bene con-nescit et faber claustrarius post tres heb-mades e clinico, omnibus capitis dolori-s liber demissus, usque ad diem praesen-

tem novisque morbi vestigiis integer spiri
tum ducit.

Inficias iri tamen nemo potest, fier
posse, ut aliquando, quem nunc satis de
victum esse speremus morbum fatalem, de
nuo ille ex insidiis erumpat securumqu
qui nunc est virum adgrediatur atque tar
taris tradat.

EXPLICATIO TABULAE.

No. 1. Fungus medullaris melanosi commixtus.

No. 2. Melanosis massam pulposam in cellulis e membrana pertenui praebens.

No. 3. Partes non satis dignoscendae.

No. 4. Lens crystallina in corpusculum flavum mutata.

No. 5. Cornea in cartilagini similem substantiam conversa.

CURRICULUM VITAE.

Ego *Carolus Zimmermann*, Silesius, confessioni evangelicae addictus, die IX Maji anni MDCCCIII. natus sum patre *Josepho Zimmermann* et matre *Theresia* e gente *Donath*. Primis literarum rudimentis imbutus, annum aetatis quintum decimum agens, in quintam classem gymnasii Tilsensis, in Lithuania florentis, a directore clarissimo *Coerber* receptus sum. Dimissus inde anno MDCCCXXIV. cum secundo maturitatis gradu Regiomontum me contuli et inter cives academiae Albertinae receptus ab Illustrissimo *Rhesa* tunc temporis Prorectore magnifico, et ab Illustrissimo *Unger* ordinis medicorum t. t. Decano maxime spectabili, facultati medicae adscriptus sum. Ibi his interfui lectionibus: Ill. *Hagen* de Chemia et Physice; Ill. de *Baer* de Anatomia, Methodologia et Encyclopaedia, Zoologia, Botanice, et de Anatomia comparata; Ill. *Bur-*

lach de Anatomia generali et speciali, de
Biologia et Physiologia; Ill. *Richter* de Mate-
ria medica et Ill. *Sachs* de Pathologia gene-
rali; Ill. *Henne* de arte obstetricia; Ill. *Her-*
bart de Logice et de Psychologia. Cadavera
lege artis dissecanda Ill. de *Baer* me docuit.

Anno MDCCCXXVI. Berolinum me con-
uli et ab Ill. *Boeckh* t. t. Rectore magnifico
n civium academicorum numerum receptus,
b Ill. *Link* t. t. Decano maxime spectabili,
acultati medicae adscriptus sum. Hic vero
udivi: Ill. *Horn* de Pathologia et Therapia
peciali, de vesaniis et morbis syphiliticis; Ill.
Hecker de Therapia generali et de Celsi libris;
l. *Jüngken* de Fasciis applicandis, de Oph-
ialmologia et Akiurgia; Ill. *Wagner* de Me-
cina forensi; Ill. *Kluge* de arte obstetricia;
l. de *Humboldt* de geographia physica; Ill.
ust de Chirurgia.

Policlinicum medicum duce Perill. *Hufe-*
and et Ill. *Osann* et Ill. *Busse* per tria se-
estria, Clinicum ophthalmiatricum duce Ill.
ingken per semestre, Clinicum chirurgico-
hthalmiatricum duce Ill. *Rust* per tria se-
estria et Clinicum chirurgico-ophthalmiatri-
m duce Ill. de *Graefe* per duo semestria
equentavi, curam aegrorum ipse suscepi, imo
operationes nonnullas chirurgicas, ut duas
am cataractae dislocationes ipse perfeci.

Ill. *Jüngken* in ophthalmiatricis operatio-nibus horis privatissimis me instituit.

Tentaminibus, tam philosophico quam me-dico et examine rigoroso coram Gratioso Me-dicorum Ordine absolutis, spero fore ut dis-sertatione thesibusque publice defensis summi in medicina et chirurgia honores in me rite conferantur.

THESES.

I.

Perceptiones sensuum inferiorum visu ad-juvantur.

II.

Fungus haematodes et medullaris variae ejusdem morbi formae.

III.

Telangiectasia et fungus haematodes di-versa morborum genera.

IV.

Fistula ani „incompleta externa" terminus vanus.


2
5
3
2
1